



Catechisis religionis Christianae, quae traditur in ecclesiis et scholis Palatinatus.

<https://hdl.handle.net/1874/456707>

3

PRECATIONES

ALIQUOT PRIVATAE ET PUBLICAE

*

MATTH. 26.

Vigilate & orate ut ne introedatis in temptationem.

1. TIM. 2.

Volo igitur viros orare in quouis loco, attollentes manus
puras absq; ira & disceptatione.

COLOS. 4.

In precibus perdurante, in uigilantes ijs cum gratiarū actione.

MATTH. 7.

Si vos cùm sitis mali, nostis dona bona dare liberis vestris:
Quanto magis pater vester qui est in cœlis, dabit bona, si petitis
huius ab eo;

HEYDELBERGAE
EXCVDEBANT MICHAEL SCHIRAT,
ET IOHANNES MAYER.
ANNO M D LXIII.



10. The following table gives the number of hours per week spent by students in various activities.

3^o

PRECATIO

ANTE QVAM AD
opus accedatur.



Mnipotēs mi-
sericors Deus,
agim' tibi gra-
tias, quòd nos
hanc noctem
ad eo clemen-
ter custodieris,
& in hūc diem
nobis vitā pro-
duxeris. Rogamus vt nos hoc etiam
die protegas, & nobis gratiam largia-
ris, quòd cum totum in ijs rebus transfi-
gamus, quæ tibi gratæ & acceptæ sint:
ac vt iam Solis tui radijs vniuersum or-
bem terrarum illustras: sic etiam Spi-
ritus tui splendore obscura mētis no-
stræ illumines, ne à semita iustitiæ tuæ
aberrantes, in hanc vel illam partem
declinemus: te semper omnia nostra
intucere, nobis ante oculos proponas.

A ij mus:

mus: te nostrarum cogitationū, dictōrum, factorūmque omnium testem &
 vindicē agnoscamus, ac reuereamur:
 nec quicquam sit quod magis metua-
 mus, quam ne te tam benignum pa-
 trem offendamus: quicquid aggredi-
 mur, aut instituimus, illud nobis per-
 putuō sit propositum, vt id ad tuam v-
 nius gloriam, & aliorum vtilitatē re-
 feramus. Ad hāc, quoniam consilium
 salutare, occasiones idonea, & felices
 rerum successus ac euentus penes te v-
 num sunt: fac, vt hāc omnia à te solo
 petamus & accipiamus. Effice pr-
 terea, Clementissime Pater, ne in pa-
 randis ijs quæ ad huius vitę necessita-
 tem pertinent, tantum curæ ac labo-
 ris impendamus, vt interea res coele-
 stes negligamus, aut segniū tracte-
 mus: sed vt primū semper queramus
 regnum tuum & iustitiam eius, nihil
 dubitantes, quin sic agentibus, cetera
 omnia sis adiecturus. Tuere etiam ac
 defende hoc fragile corpus & animā
 nostram. Instrue nos consiliis & robore
 Spirī-

Spiritus tui, aduersus tot ac tam variis
 insultus Satanae: libera nos omni me-
 tu & periculis, quibus in hoc mundo,
 omnibus momen. is expositi sumus.
 Quoniam verò nihil est, rectè incepisse,
 nihil etiam gnauiter perficiamus: ora-
 mus te, vt ne hoc tantum die nos in
 tuam tutelam suscipias, sed vt porrò
 etiam per omnem vitam, dux noster
 & defensor esse velis, confirmas & ad-
 augens dona, quae pro tua bonitate &
 misericordia in nos indignos pecca-
 tores contulisti, quoad plenè tandem ac
 perfectè nos capiti nostro Christo ad-
 unias, qui cum sit unicus ille sol iusti-
 tiae, nos æterna sua luce & latitia cō-
 plebit. Interea autem dum in hac æ-
 rumnofa vita degimus: mitte fideles
 Pastores animarum, & per verbum eo-
 rum sit efficax Spiritus tuus sanctus in
 coribus auditorū, vt magna tibi Ec-
 clesia colligatur, & destruantur opera
 Diaboli. Armes Magistratum diuino
 tuo robore: vt Ecclesiā & Politias de-
 fendant. Consolare & cōfirma quotquot

A iiij sunt

sunt animo & corpore afflitti. Ut autem hæc tanta bona à te petere & expectare audeamus : condona nobis nostra tristia peccata propter filium tuum carissimū Iesum Christum, qui nobis promisit, quicquid à te fiducia sui petiuerimus, te id nobis certissemè daturum esse. Ideoque sic precari insit: Pater noster, &c.

PRECATIO PRIVSQVAM
PVER AD SCHOLAM
E A T.

Psal. 119.

In quo instituet adolescens viam suam? Si prædenter se gerat iuxta sermones tuos.
Ex animo te exquisui, ne sinas me aberrare a præceptis tuis.

Ago tibi gratias clementissime Deus, cùm pro alijs tuis summis & infinitis beneficijs, tum vel maximè, quòd pro tua singulari-

misericordia, me ad agnitionem Euā-
 gelij tui vocasti, præceptoribus me
 tradidisti, qui optimis literis & arti-
 bus me instituerent, meumque ani-
 mum sanctis ac honestis præceptis
 imbuerent. Da vt rectè agnoscam,
 qualia & quanta sint hæc tua do-
 na, & pro his tibi semper gratias a-
 gam. Largire mihi porrò etiam gra-
 tiam tuam, & nebulis mentis meæ
 discussis, me Spiritus tui radijs illu-
 stra, vt ea quæ mihi à præceptoribus
 proponuntur, cupidè & feliciter di-
 scam, fideliter retineam, promtè &
 cum iudicio reddam, ne & præcepto-
 rum & meus labor, pretiosum tempus,
 atque hæc tam commoda mihi abs-
 te data occasio, & qui à me fructus
 expectantur, turpiter mea ignauia
 & ingratitudine pereant. Id ne fiat,
 largire mihi Spiritum tuum sanctum,
 authorem omnis intelligentiæ & ve-
 ritatis, qui me veracem, & his per-
 cipiendis, aptum & idoneum reddat.
 Da etiam, vt cuicunque studio meum

A iiiij ani-

animum applicem, illud mihi semper
propositum sit, vt te solum agnoscā ve-
rum Deum, & quē misisti Iesum Chri-
stum: atque ita te pura conscientia co-
lam. Cæterū, quoniam ijs sapiētiam
promittis, qui animo sunt summillo
& humili, velut pueri: eos autem qui
arrogantes sunt & elati, tuis donis or-
batos, tradis vanitati: eradica ex cor-
de meo omnem superbiam, vt humili-
lis effectus, me tibi primū, deinde
etiam ijs quorum me disciplinæ tra-
didisti, docilem & obedientem præ-
beam: itaque me paulatim præpa-
rem, vt in obeundo munere quod mi-
hi olim es assignaturus, tuę solius glo-
rię, atque aliorum vtilitati seruire
possim.

Psal. 25.

Secretum Domini timentibus cum, orfas
dus suum notum illis facit.

PRE

9
PRECATIO ANTEQVAM
CAPIATVR CIBVS.

Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illis in tempore opportuno, aperte manum tuam, & imple omne animal beneficione.

Omnipotens clemetissime Deus,
qui immensa bonitate omnia ex
nihilo condidisti, qui eadē
perpetuō diuina tua potentia sustines
ac gubernas, qui duxisti Israélitas per
deserum, pascens eos manna annos
quadraginta: benedic nobis miseris
seruis tuis, atque hæc tua dona sanctifi-
ca, ut ijs sobriè, sancteque fruamur,
atq; ex ijs agnoscamus, te verè nobis
patrem esse & fontem omnium bono-
rum. Da præterea ut his corporalibus
bonis vtētes, ita semper affecti simus,
ut præcipue quæramus spiritualem il-
lum cibum verbi tui, quo animæ no-
stræ ad vitam eternā nutriantur, quam
nobis Christus pretioso suo sanguine
peperit. Pater noster, &c.

Sic

Sic præcipit Christus . *Luce 21.*
Cauete uobis ne quādo grauentur corda uestra
 crapula & ebrietate, & curis huius uite, & re-
 pente uos opprimat dies ille, tanquam laqueus.

GRATIARVM ACTIO POST
 SYMTVM CIBVM.

Sic præcipit Dominus *Deutero.8.*
Cum contederis & satiates fueris, gratias
 agas Domino Deo tuo, nec unquam com-
 mittas, ut obliuiscaris Domini Dei tui & pre-
 cepta eius negligas.

Domine Deus Pater cœlestis, a-
 gimus tibi gratias pro summis
 tuis & infinitis beneficijs, quæ
 immensa misericordia singulis mo-
 mentis in nos miseros peccatores cō-
 fers, quod nos sustentas in hac morta-
 li vita, omnia suppeditas quæ sunt ne-
 cessaria: in primis verò quod nos di-
 gnaris per sanctam Euangeliū tui do-
 ctrinam in svecem melioris vitę regen-
 rare. Rogamus te, misericors Deus &
 Pater, ne patiaris ut animi nostri in his
 terrenis & caducis rebus defixi hæcēt,
 sed

II

sed quæ in cœlis sunt suspiciāt & quæ-
rāt, expectātes illinc Seruatorem no-
strū Iesum Christū, dum ad nos liberā-
dos in nubibus appareat. Pater nost.

PRECATIO ANTEQVAM
CVBITVM DISCEDATVR.

D Omine Deus cœlestis Pater, qui
pro tua multiplici sapiētia, diē
labori, noctem quieti destinasti:
largire ut à labore & curis requiescen-
tes, ita somno reficiamur, ne animus
interea velut cum corpore sopitus, in
amore tui dormitet: sed ut memoria
creationis & salutis nostræ, nullo yn-
quam tempore ex nostris cordibus de-
leatur. Da præterea ut cōscientia no-
stra non ministrè quām corpus, sua eti-
am quiete fruatur. Adhæc ut somno
moderatè vtentes, non ignauiq; sed ne-
cessitati consulamus: nimirum quò ad
intermissa opera alacriores & vege-
tiores redeentes, tibi & proximo ex-
peditiūs seruiamus. Interea autē dum
sommum capimus, cōserua nos animo
&

& corpore impollutos, & ab omni periculo tuere, ut noster somnus etiam sit ad tui nominis gloriam. Porrò cum hic dies nobis non sine multiplici lapsu abierit: (quoniam miseri assidue peccatum circumferimus) rogamus te, quemadmodum nunc omnia nox tenebris inuoluit, sic tu pro tua imensa misericordia, omnia nostra peccata sepelias, ne propter illa à conspectu tuo repellamur. Largire etiam quietem & consolationem omnibus, qui cù morbis aut aliis calamitatibus conflictantur, propter Iesum Christum filium tuū Dominum nostrum, qui nos ita docuit precari: Pater noster, &c.

PUBLICA CONFESSIO
PECCATI, QVAE ANTE
concionem recitatur.

OMnipotens, Iuste & Misericors Deus, agnoscimus & confitemur corā diuina tua maiestate, nos verè miseros peccatores esse, cōceptos & natos in corruptione & prauitate,

ad omne malum proclives, nec ad vil-
 lum bonum idoneos, quodque assidue
 sanctissimam legem tuam violantes,
 iram tuam & æternas pœnas comme-
 reamur. Sed dolet nobis ex animo, q
 ue tam benignū patrem toties offen-
 deriums: damnamus nosipfos, & pec-
 cata nostra detestamur, suppliciter ro-
 gantes, ut tua misericordia subueniat
 nostræ miseriæ. Ignosce nobis nostra
 tristitia peccata, propter Iesum Christū
 filium tuū dilectū. Largire nobis gra-
 tiā spiritus tui sancti, qui nos doceat
 verè & ex animo nostra peccata agno-
 scere, sic ut toti nobis displiceamus &
 peccatum in nobis magis ac magis a-
 boleatur, nōsq; ad nouam vitam exci-
 tati, iustos ac sanctos fructus profera-
 mus, tibi acceptos propter eundem
 Iesum Christū. Effice præterea, ut vo-
 luntatem tuā ex verbo tuo recte agnō-
 scamus, atque inde discamus, non à
 nobis ipsis, aut vlla creatura pendere:
 sed in te solo omnem spem repone-
 re, ut certa & firma sit nostra cōsolatio,

ac

ac ut vetus ille noster homo cū prauis
cupiditatibus magis magisque cruci-
figatur, nōsque ipsos tibi viuam & san-
ctam hostiam offeramus: hoc vnum
semper spectantes, quo pæto tua glo-
ria propagetur, & quām plurimi Chri-
sto lucrifiant. Quæ omnia à te peti-
mus fiducia Domini nostri Iesu Chri-
sti, qui nos ita precari docuit. Pater
noster, &c.

PRECATIO QVAE RECITA
TVR FINITA CONCIONE.

OMnipotens Iuste & Misericors
Deus, agnoscimus & confe-
mur nos esse indignos, qui oculi
nos ad cœlum erigamus: Nam con-
scientia nostra nos accusat & peccata no-
stra nos redargiunt. Scimus autem te
iustum iudicem punire peccata eo-
rum, qui legem tuam trāsgrediuntur.
Cùm vero vniuersam vitam nostram
consideramus, nihil reperimus quod
non æternā damnationem mereatur.
Sed

Sed quia ineffabili misericordia tua
 præcepisti, ut quæcunque nos neces-
 sitas vrgeret, semper tuam vnius o-
 pem imploraremus: promisisti etiam
 te nostras preces exauditurum esse,
 non ob nostrum aliquod meritum,
 (quod nullum esse potest) sed propter
 obedientiam & meritum filij tui Do-
 mini nostri Iesu Christi, quem nobis
 Mediatorem vnicum & intercessorem
 constitusti: deposita omni fiducia hu-
 mana, ad tuam solius misericordiā cō-
 fugimus. Ac principiō quidem illud
 maximē deploramus, quod cūm præ-
 ter eā beneficia quæ nobis communia
 sunt cū vniuerso genere humano, nos
 singularibus quoque beneficijs affe-
 ris, quæ verbis omnia exprimere non
 possumus, imò nec cogitatione satis
 comprehendere: nos tamen adeò in-
 grati simus, Vocasti nos ad agnitio-
 nem Euangeliū tui, exemisti nos dura
 seruitute Diaboli, in qua detineba-
 mur, liberasti nos horrenda illa &
 Excranda idololatria Romani Ponti-
 fics

fisis, cui penitus immersi eramus,
 & in hanc mirandam lucem verbi
 tui eduxisti, ut tibi liberè seruire possi-
 mus. At nos tantorum b*eneficiorum*
 immemores, mādata tua negleximus,
 fœdus tuum s*æ*pissimè violauimus, &
 nostris cupiditatibus seruiuimus, nec
 te, ut par fuit, coluimus & honorau-
 mus. Quocirca peccauimus, ô Demi-
 ne, & te grauiter offendimus: ac si pro-
 tuo iure, atque ut meriti sumus, nobis
 cū agere velles: nihil aliud nobis resla-
 ret expectandum, quām æterna mors
 & condēnatio. Nam si nos excusemus:
 nostra nobis conscientia reclamat, &
 nostra scelera contra nos testificantur.
 Quinetiā ex pœnis ipsis quas nobis in-
 fligis, nostra peccata agnoscimus. Nā
 cū iustus sis, neminem immerito af-
 fligis. Atque adeò in præsentia etiam,
 extensam ad nos puniendum manum
 tuam cernimus. Sed licet nos multò
 grauius punires, quām haec tenus puni-
 uisti, ac pro una centum plagas infli-
 geres, imò verò etsi in nos omnia illa
 excm^e

exempla iustissimæ iræ tuæ ederès, que
 in populum tuum Israeliticum statui-
 sti: fatemur, ô Deus, te nullam nobis
 iniuriam facturum, neq; nos ea com-
 meritos negamus. Sed tamen, ô Do-
 mine, tu es Deus noster, nos verò nihil
 aliud nisi puluis sumus & umbra: tu
 es Creator noster, nos verò opus ma-
 nuum tuarum: tu es Pastor noster, nos
 gressus tuus sumus: tu es Liberator noster,
 nos populus quem redemisti: tu es Pa-
 ter noster, nos tui haeredes sumus. Quo
 circa, ne nos punias in ira tua, sed cle-
 menter castiges. Conserues potius o-
 pus quod in nobis incoare dignatus
 es, ut cognoscat mundus vniuersus, te
 Deum nostrum ac Seruatorem esse.

Populus tuus Israel sæpenumerò te
 offendit, & tu eum meritò afflixisti. Ve-
 ri, quoties ad te cōuerti sunt, cleméter
 eos in gratiam recepisti: & quantum-
 cunque esset eorum peccatum, sem-
 per tamen iram tuam & pœnam ipsiſ
 paratam auertisti, propter fœdus il-
 lud quod fecisti cum seruis tuis Abra-

hā, Isaac, & Iacob: adeò vt preces po-
 puli tui nūquam abs te sint repudiatae.
 Sed & nobiscum idem, quod cum illis,
 fœdus, quanquam illustrius & effica-
 cius sanxisti, intercedente Mediatore
 nostro Iesu Christo, cuius etiam san-
 guine id fœdus ratum & confirmatum
 esse voluisti. Quapropter, ô Deus, abje-
 cta omni fiducia nostri & aliarū crea-
 turarū: ad hoc sacrum fœdus confugi-
 mus, quo Dominus noster Iesus Christus,
 semel seipsum victimā pro nobis
 in cruce offerens, nos tibi in perpetuū
 reconciliauit. Intuere igitur, Clemen-
 tissime Deus, non peccata ea quæ af-
 fiduè committimus, sed Mediatorem
 nostrum Iesum Christum, vt eo inter-
 cessore placetur ira tua, nōsque iterum
 paterno tuo aspectu recreemur. Susci-
 penos porrò etiam in tutelam tuam,
 & per Spiritum tuum sanctum guber-
 na, qui nos renouet ad meliorem vi-
 tam, in qua, deleta omni macula, te in-
 æternum celebremus. Etsi autem ijsu-
 mus, qui considerata nostra indignita-
 te,

te , ne hiscere quidem audeamus , pro
 nobis aliquid abs te petituri : tamen
 quia nos iussisti pro Ecclesia & Repub.
 atque adeò pro omnibus hominibus
 precari: oramus te vt omnibus Eccle-
 sijs tuis , & Ecclesiarum Ministris adfis.
 Mitte fidos operarios in messem tuā.
 Eradica omnes qui pro veris , falsa tra-
 dunt , omnes lupos rapaces & merce-
 narios , qui sibi non tuam vnius gloriā
 & animarum salutem proponunt : sed
 tuam gloriam & priuatum commo-
 dum querunt . Oramus te etiam , pro
 omni Magistratu , pro Imperatore &
 Rege Romanorum , pro cæteris Regi-
 bus & Principibus , præcipue verò pro
 clementissimo Principe ac Domino
 nostro Friderico Palatino , pro eius cō-
 iuge ac liberis , eiúsq; cōsiliarijs & præ-
 fectis , deniq; pro huius vrbis Senatu:
 rege ac gubernâ eos Spiritu tuo san-
 ctio , vt omnia consilia & actiones suas
 eò referant , vt Rex omnium regū Iesus
 Christus , ipsis ac ipsorū populis præ-
 sit , atque vt regnum Satanae , regnum

Bij omnis

omnis turpitudinis & impietatis, per
ipsos tanquam legis tuæ custodes &
iustitiæ administratos, magis ac magis
euertatur, nosque sub eorum imperio
placidam & quietam vitam degamus
cum omni pietate & honestate.

Rogamus te porrò etiā, cùm pro cæ-
teris fratribus nostris, vt quę cœpisti in
eis clementer perficias, tum vel ma-
ximè pro ijs, qui sub tyrānide Roma-
ni Pontificis & Turcæ, omnis generis
crudelitatem & supplicia perferunt:
consolare & confirmare eos Spiritu tuo
& clementer libera: nec patiaris Ec-
clesiam tuam vastari, & augustam no-
minis tui memoriam in terris extin-
gui, ne Antichristus & Turca cum cæ-
teris infidelibus, de sanctis tuis trium-
phantibus, sanctissimæ maiestati tuæ il-
ludant. Sin ita placet tuæ diuinæ vo-
lūtati, illos vitam pro tua gloria pro-
fundere, & sua morte veritati testimo-
nium perhibere: arma eos robore Spi-
ritus tui sancti, vt ad extremum usque
vitæ spiritum, te constanter confitean-
tur.

tur. Commendamus tibi præterea,
 quotquot sunt in miserijs, paupertate,
 exilio, carcere, morbis, partu, aut alio
 genere ærumnarum: consolare eos, pro
 eo ac nosti ipsos variè laborare, fac ut
 ipsis hæc tua castigatio ad agnoscen-
 dum peccatum & emēdandam vitam
 conducat, instrue eos patientia & cō-
 stantia, & dolorem ipsorum minue, ac
 tandem planè eos libera, vt lætentur
 bonitate tua, & tibi vno ore nobiscum
 gratias agant. Postremò miserere eo-
 rum, qui adhuc in tenebris & errore
 versantur: educ eos in lucem ut cer-
 nant veritatem. Has atque alias ne-
 cessitates, tibi clementissime Pater
 commendamus, ytentes ea precatio-
 ne quam nos Dominus & Seruator
 noster Iesus Christus ipse docuit. Pa-
 ter noster, &c.

ALIA PRECATIO

B R E V I O R.

O Mnipotens, Iuste, & Misericors
 Deus, ne patiaris sanctissimum

B iiij no-

nomen tuum propter peccata nostra
affici contumelia. Nam alioqui plus
satis te benignum patrē offendimus,
dum verbo tuo , vt par erat, non obe-
dimus : dum ignorantia , ingratitu-
dine & murmure nostro , iram tuam
quotidie aduersus nos concitamus,
atque ita iustas penas nobis attrahi-
mus. Veruntamen, ô Domine, misere-
re nostri pro magna tua misericordia:
fac vt peccata nostra & rectius agno-
scamus , & magis deploremus , & vi-
tam nostram emendemus . Excita &
corrobora Magistratum populi tui, vt
gladio quem ei porrexisti ad terorem
& securitatem legitimè vtatur. Cōfir-
ma Ministros Ecclesiarum tuarum, vt
fideliter & constanter verbum tuū do-
ceant, & omnes officij sui partes obe-
ant. Tuere ac defende nos ab omni do-
lo & perfidia. Irrita fac omnia scelerata
atque insidiosa consilia, quæ aduer-
sus Ecclesiam & verbum tuum capiun-
tur . Ne subtrahas nobis verbū tuū,
& Spiritum sanctum tuū ne auferas à
nobis

nobis. Excita in nobis verā fidem, pa-
rietiam & constantiam. Fer opem mi-
seræ & afflictæ Ecclesiæ tuæ, libera eam
omni tyrannide & ignominia. Conso-
lare & confirma quotquot sunt ani-
mo vel copore afficti. Da nobis tuam
pacem per Iesum Christum filium tu-
um Dominum nostrum, qui hanc no-
bis indubitatam de tua voluntate pro-
missionem edidit: Amen dico vobis,
quicquid petieritis à Patre in nomine
meo, hoc dabit vobis. eāq; fretos nos
sic precari iussit: Pater noster. &c.

FAC etiam, ut constanter perseuere-
mus, & quotidie proficiamus, in vera
illa, certa, & ab ipso mundi exordio ad
nos propagata Christianorum fide, &
per eam Christi & omnium bonorum
eius magis ac magis participes fa-
mus, quam sic ore & corde confiten-
tes dicimus: Credo in Deum &c.

P R E C A T I O S C H O
L A S T I C A.

1. Tim. 6. ♂ 2. Tim. 1.

Ἄγιοι Τίμοισιν, τῷ παρασταθεῖν φύλαξον, καὶ ἀν
θεῖσαν χάρισμα τῷ θεῷ, ὃ ἐστιν εὐστοῖς.

OMnipotēs, æterne & misericors Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, vñā cū filio tuo coæternō, Domino nostro Iesu Christo, & Spiritu sancto, qui ppcē es omnibus inuocatib⁹ te, omnibus inuocatib⁹ te in veritate: ago tibi gratias pro omnibus æternis & huius vitę beneficiis: q̄ cōdisti, elegisti & seruas tibi æternā Ecclesiā, & in ea te patefecisti certo verbo tradito per Prophetas & Apostolos, & testimonij diuinis, & sic diligis nos, vt volueris filium tuum coæternum, Dominum nostrum Iesum Christum, propter nos homines, & propter nostram salutem, descendere de cœlo, assumere humanam naturam, pro nobis fieri victi-

victimam, crucifigi, mori & resurgere,
 ascēdere in cōclum, & sedere ad dextrā
 tuam. Donas propter eum ac per eū,
 omnibus nobis credentibus, gratis re-
 missionem peccatorum, recōciliatio-
 nem, spiritū sanctum, iustitiam & vi-
 tam æternam. Accendis & seruas in-
 ter nos lucem Euangelij & necessaria
 doctrinarum studia, das & defendis
 contra diabolos aliqua Ecclesiæ &
 Scholarum hospitia, vocasti ac elegisti
 me quoque ad societatem huius æter-
 ne Ecclesie, in qua & nasci me voluisti,
 & in agnitione ac timore tui educari,
 mēq; præ multis aliis hominibus, pro-
 singulari ac ineffabili tua misericor-
 dia, ornasti hoc summo beneficio, vt
 pietatis, literarum atque optimarum
 artium doctrina instituerer. Etsi autē
 his omnibus beneficijs me indignissi-
 mum agnosco: tamen quia iussisti nos,
 per & propter Christum filium tuum
 à te petere & expectare remissionem
 peccatorum & Spiritum sanctum: cō-
 fiteor & deploro omnem meam im-
 mundi-

mundiciem & ingratitudinem, & totō
 pectore oro, vt remittas mihi omnia
 peccata mea propter filium tuū vni-
 genitum Dominum nostrum, & san-
 ctifices ac regas me perpetuò spiritu
 tuo sancto, casto & verace, vt te solum
 verum Deum, Omnipotētē, Castum,
 Veracem, aeternum Patrem Domini
 nostri Iesu Christi, & Dominum no-
 strum Iesum Christum, & Spiritū san-
 ctum, verè agnoscam, inuocem, timeā
 & diligam. Collige & defende Eccle-
 siam. Tuere politias quæ sunt Ecclesia
 hospitia. Da & adiuua fideles & salu-
 tares doctores & gubernatores, serua
 Scholas & lucem doctrinarum, pacem
 & honestam disciplinā in Ecelesijs &
 Rebus publicis. Guberna & fortuna vi-
 tam & vocationem meā, & facias me
 vas misericordiæ, & organum mihi &
 alijs salutare. Ne finas me à Diabolo
 vel à carne mea tētari negligentia, cu-
 riositate vel ambitione, ne finas exo-
 riti in corde meo spes aut cupiditates
 vanas & stultas: sed effice vt meæ vo-
 cationis

tationis officia, recte, diligenter & feliciter faciam. Accende & confirma in me amorem & agnitionem tui, studiu veritatis, & rerum utilium ac necessiarum, ut omnia dona quae in me contulisti, & labores meos referam ad tuam glorię, & proximi utilitatem. Defende me a prauis fodalitijs, & ab omnibus diabolorum insidijs. Sit verbum tuum lucerna pedibus meis, & lumen semitis meis. Haec omnia a te peto, per & propter Iesum Christum Dominum nostrum, qui dixit: Quicquid oraueritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: Item, dabit Spiritum sanctum patentibus. Pater noster, &c.

PRECATIO EX SECUNDО PA
ralip. XX. expressa versibus,

a Ioach. Cam.

IN tenebris, nostrae & densa caligine mentis,
Cum nihil est toto pectore consilij:
Turbari erigimus Deus ad te lumina cordis,
Nostra tuamque fides solius orat opem.
Turege consilijs actus, Pater optime, nostros,
Nostrum opus ut laudi seruiat omne tuum.

Alia.

Alia, P. M.

Nil sum, nulla miser noui solatia, massam
Humanam nisi quod tu quoque Christe geris,
Tu me sustenta fragilem, tu Christe gubernas,
Fac ut sim massa surculus ipse tuus.
Hoc mirum foedus semper mens cogitet, uno
Hoc est, ne dubitas, foedere parta salutis.

DICTVM EX PRECATIO-
ne Christi carmine redditum à P. M.
Sit dilectio tua in eis, qua me di-
ligis, & ego in eis.

Nec tu Gnate Dei maius meliusue rogare
AEternum poteras, optime Christe, patrem:
Quam quali soror semper te diligit ipse:
Diligat ut simili nos ut amore pater,
Nec tribui nobis hoc posset munere maius,
Quid nati posset maius amore dari?
Non apud aeternum facis irrita uota parentem,
Affirmat iurans hoc pater ipse tibi,
Erga nos etiam es patrij tu pignus amoris,
Iussus pro nobis debita uirga dare.
Nos igitur, quamquam sumus agra & sordida massa:
Credimus ista tamen munera summa dari.
Consilij tua prece Christe, pericula nostra
Assumus petimus curta parente regi. **Tu**

Tuq; tuo serues infirmos numine, qui uis
In nostris uiuens mentibus esse nos.

Alia eiusdem.

Hecce precor nobis iratum Christe parentem.
Qui uis pro nobis supplicis esse loco.
Et quum sparsisti prolatam ex mente parentis
Deleri uocem ne patiare tuam.
Doctrinæq; tuæ studium, paruamq; Sareptam,
Doctrinæ hospitium, protege quæso tuæ.
Et placidam clemens nobis concedito pacem.
Tuq; ducum mentes, tu populumq; regas.

Alia eiusdem.

Temaneat semper seruane Ecclesia Christe,
Insertosque ipsi nos tua dextra tegat.
Tres uelut in flamma testes Babylonide seruas,
Rex ubi præsentem te uidet esse Deum.

Ioh. St.

Non ego dura pati discrimina mille recuso,
Dum tua constanti tueor mandata labore:
Sed ne deficiam, ne fœuo uincar ab hoste,
Tumibi præstò ueni, tu suffice robora fesso.

Alia ex Luca, cap. 24. P. M..

Vespera iam uenit, nobiscum Christe maneto:
Extingui lucem nec patiare tuam.

Preca-

Precatio M. Ant. Flamin.

Tutela præsens omnium
 Qui mente pura te colunt,
 Da quæso, nil ut cogitem,
 Agam, loquar quod numini
 Tuo placere non queat.
 Comis, benignus in bonos
 Malosq; sim, ne degener
 Sim natus optimi patris,
 Qui Solis almo lumine
 Illustrat omnes, omnibus
 Potum, cibumque sufficit.
 Legum tuarum per vias
 Me continenter dirige,
 Bonique quicquid egero,
 Id esse totum muneric
 Tui sciāmque & prædicem.
 Seu febris artus pascitur,
 Seu miles urit impius
 Domum paternam: dicere
 Laudes tibi ne desinam.
 Sed cuncta numinis tui
 Nutu regi nil ambigens,
 Viuam quietus (filios
 Dei secunda & aspera
 Lucent oportet) gloriam

TIAMM

Tuam Patrisque maximi
Mæx saluti præferam.
Nec ulla res optatior.
Quæat mihi contingere.
Quam contumelias pati
Te propter, ipsa carior
Sit luce mors, ut corpore
Exutus, ad tuu uolem
Regni beata gaudia.

VIGILATE ET ORATE.

Emendanda in Catechesi.

fol. i. linea 14. pro proprius, lege, proprius. f. 14.
l. 14. de le. verè, & linea se q. le. naturam verè hu-
manā. f. 17. l. 17. leg. Resurrectio Capitis nostri
Christi. ibi. l. 21. le. discipulis, Christus de terra.
f. 19. l. 5. le. efficacia, non terrena. ib. li. 6. le. vbi
ipse est ad dexterā Dei sedēs. ib. l. 11. le. prodest
hoc gloria. f. 22. l. 12. leg. initia. f. 26. l. 13. post
mandauit, pōnaturnota, b, & in margine, b,
Mat. 28. d. 19. Act. 2. f. 38. ib. post promissiōe, po-
natur nota, c, & in marg. c, Mar. 16. d. 16. Matt.
3. c. 11. Rom. 6. a. 3. f. 29. li. 13. post, promissione,
ponatur nota, c, & in mar. c. Mat. 26. c. 26. 27. 28.
Mar. 14. c. 22. 23. 24. Luc. 22. b. 19. 20. 1. Cor. 10. d
16. 17. & 11. c. 23. 24. 25. & 12. b. 13. f. 32. li. 15. pro
Cū, c. C. W. f. 41. l. 17. le. committes. f. 42. l. 16.
pro, hominibus, le. creaturis. f. 47. li. 20. le. du-
bitamus.

OCN 505251846

2020-12-27